Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Parnassvs Poeticvs Mœsto-Lætatus

Höfflich, Hieronymus

Altdorphii, 1623

VD17 VD17 15:745589E

Ad zoilum qui praecedentem gratulationem ipsa [...]

urn:nbn:de:bsz:31-138658

Visual Library

In pullos Clarios odii *veſtigia* Vulgi
Irrita perpetua linquant formidime terras ;
Sic nomen laudesque tuas Academia noſtra
Æternùm reſonans, ſacrique litamina cultus
Effundens, aris ſupplex imponat honores.
Interea Proceres Norici, veræq; columnæ
Et veri patriæ Patres, veriq; Patroni,
Muſarum, Muſas defendite porrò clientes,
Indecores regno nec erunt, nec veſtra feratur
Fama levis, veteriſve aboleſcat gratia facti ;
Sed ſummus convexa polus dum ſidera paſcet,
Dum celſis umbræ luſtrabunt montibus, amnes
In freta dum faciles current, flexique recurrent
Semper honos Noricos ſemper laus prima manebit.

Ad *Zoilum* qui præcedentem gratulationem ipſa introductionis die affixam invidioſè mordendo duobus vitiis ſcatere ſparſerat.

Zoile *quē mordes* me ? *num* mea carmina? *miror*
Non mirer? cum ſis Zoile *mirus homo.*
Nam ſi me *mordes ; ha! ſummo jure vocaris*
Mirus; cum pol ſis Zoile *mirus homo,*

Sangui-

Sanguine dum maculas hominis tua guttura, ſævus
Ni Cyclops; tamen es Zoile *mirus homo,*
Sed forſan non me, mea *ſed* mea carmina *mordes?*
Eſto; Ni ſtultus Zoile *mirus homo es,*
Vin? probo! Qui (veniam) vitiatum ſtercore pomũ
Mordet; Ni ſtultus Zoile *mirus homo eſt.*
Tu pomum mordes vitiatum carminis; Ergo
(Claude) niſi ſtultus, Zoile *mirus homo es.*
Propterea purga mea; *tunc* mea carmina *morde*
Sicce bonus nec eris Zoile *mirus homo*
Ni prius hoc facies nunquam mea lingua ſonare
Ceſſet, Pol mirus, Zoile mirus homo es.